+

interuenientibus, ob præstitam satisfactionem quietant, emittunt, dimittunt, liberumq et absolutum perpetuo pronunciant, causas easdem et actiones cassant mortificant et annihilant, et ab eisdem recedunt, nec se easdem amplius attentare debeant, sibi suisq posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium.

Fredro Consorti Suæ Reformat

Comparens personaliter coram officio et actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Stanislaus Michael Fredro Subdapifer Podoliæ sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo præsentiq

108 Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Generosæ Zophiæ de Snopkow Generosi Alberti Snopkowski Vexilliferi Latyczouiensis, cum olim Generosa Barbara Minikowska Consorte eius legitima procreatæ filiæ, sui vero Recognoscentis Consorti legitimæ et eius successoribus summam Quatuor Millium et Trecentorum Florenorum Polonicalium, ratione veræ dotis et expeditionis post ipsam acceptæ, et in domum suam importatæ, necnon aliam similem summam Quatuor Millium et Ducentorum Florenorum Polonicalium, ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium, summarumq quarumuis pecuniarium, nec non auri argenti, Clenodiorum, Vnionum Margarytharum Vestium Vestimentorum, Stanni, æris, cupri Orichalci pecorum

pecudum

pecudum, Equorum, Equireâ, ac totius suppellectilis domesticæ
nunc habitæ et in post habendis, dedit, dotavit, dotaliavit,
uit, inscripsit et reformavit, prout dat dotat, dotalisat
inscribit et reformat præsentibus per ipsam Generosam
Zophiam Snopkowska sui Recognoscentis consortem legi:
timam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suo:
rum generaliter omnium, cum universis ipsi Utilitatibus et Usu:
fructibus, competentiaq et prærogativa quavis tenendi, ha:
bendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Ususfruendi ac
ad Usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos
libere et effectualiter convertendi, Vigore et more aliarum
Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniæ
observari solitarum.

Ligowscij Infidelesem Łazuwski wa Quietant.

1074

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castren:
sibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosi Valentinus de
Magna Ligow Ligowski Pater et Anna Ligowska Filia olim
Vero Generosi Gabrielis Żołczynski Regentis Terrestris Præ:
misliensis derelicta Vidua, sani mentibus et corporibus existen:
tes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibus:
vis propriis et competentibus recedendo Præsenti vero Castren:
si Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni, quo ad actum præsen:
tem attinet, Se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo, palam libere
publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seor:
sim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi suo et Generoso:
rum Pauli Petri, Francisci et Constantiæ Żołczynskich mino:
rennium, eiusdem vero olim Generosi Gabrielis Żołczynski
cum eadem Generosa Anna Ligowska procreatorum filiorum